Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5349
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

prolacio ¶ Tercium vero propter quod sentencia in
dictis dicitur terribilis desolatiua et
omni dolore plena est dampnatorum a
deo et angelis et ab omnibus sanctis
eterna seperacio Sequens inquisicio
scilicet duodecima explanat primum
iam propositorum vis incertitudine sentencie

Duodecima inquisicio
Quomodo ostendi potest
primum propositorum iam ex
pressum ¶ Responsio quod
incerta sit et dubia illa sentencia patet
quia nulli viatori constat an pro se
vel contra se feretur Unde dicitur Ecclesiastes 9
Sunt iusti atque sapientes et opera
eorum in manu dei et tamen nescit homo
utrum odio vel amore dignus sed omnia
in futurum seruantur incerta Unde
legitur in vitis patrum Cum abbas
Agathon moriturus per tres dies
staret immobilis apertis oculis et